

## P R A E F A T I O

seruassent in legendis enarrandisque scriptorum utriusque linguae libris, vel neglecta ab aliis, vel perperam tradita, vel non satis explicata, ea proponerem. Atque eius rei initium feci ante hoc ipsum triennium ab Fabularum Palaephati corpusculo, cuius bona et dotes tironibus patefecissem priuatim demonstrassentque aliquoties. Quem libellum quum legi scirem et enarrari in scholis multis; quum occupatus essem hoc tempore in adornanda editione eius noua; quum videndum intellexerem, ne emtores illiberales deterrentur mole libelli, quae eorum sordes impedimento essent, ne omnia persequi vberius in notis possem, quae tamen vel ad constituenda texta Graeca, vel ad intellegenda verba, pertinere viderentur; quum expeti a multis quatuor illos libellos non ignorarem, quos superioribus annis separatim edidissem: faciundum putavi, ut eos integros, sed nonnullis tamen locis auctos, coniunctim emitterem, si forte magistri scholarum docti et graues, qui diligentius omnia accuratiusque cognoscere cuperent, adire eos et consulere vellent. Dedimus iis comites Oratiunculas duas: vnā, ut commendarem Camerarii, viri summi, memoriam popularibus nostris atque aliis, qui vellent diuinam viri grauitatem, vel admirari, vel aemulari, et ad eandem laudem doctrinae meritorumque in litteras bonas adspirare: alteram, ut extaret monumentum aliquod pietatis aduersus amplissimum Ciuitatis Lipsiensis Ordinem nostrae ad posteros. Iam ut collecta a nobis et edita

\* 5

sunt